



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancta Delbora prophetissa. Cap[itulum]. vi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

juramēto. Tūc dimisit eos mulier de fenestra p murū cum fune coccineo. Deditq; eis signum funem ipm in fenestra ligatū; vt cū caperet et vitas: ex signo populus cognosceret domū illā esse seruandā. Et dimissi nūcū ad iosue redierunt: et que gesta fuerant narrauerūt. Josue hō et maiores populi pmissionē exploratorū ratam habuerūt: vnde et capta hierico atq; delata sola domus raab cum omībus suis intromissis conseruata est. Quam pcessu temporis salmon princeps tribus iude duxit in vxorē: ex qua genuit booz: et ex qua dei filius fm caranem est p pagatus. Et hec in coloniam iudeorū transiēs laudabili fine quieuit.

De sancto Othoniele iudice. Cap. iij.



**O**thoniel iudex filius cenies fratris caleph supradicti de tribu iuda: primus post iosue in israel iudicauit. Nam cum iosue mortuo surrexissent alij in filijs israel: qui non viderant virtutes domini quas fecerat in diebus moyfi et iosue: fecerunt malum in conspectu domini: et seruerunt baal et asaroth et dijs terre: contraxeruntq; coniugia cum alienigenis.

Quāobrem indignata diuinitas nō deleuit gētes de medio eorum: vt essent eis in aculeum et laborem: tradiditq; eos deus in manus chusan rasathaim regis mesopotamie et syrie: serueruntq; ei octo annis: et clamauerūt ad dominū: qui suscitauit eis liberatorē othonielem: et fuit dñs cum eo: et pugnauit aduersus chusan rasathaim: et oppressit eū: et liberauit pplm. Quiescitq; terra per annos. xl. quib; othoniel iudicauit pplm. Et mortuus est othoniel in pace.

De sancto Hatoth iudice. Cap. v.



**H**atoth filius gerra filij gemini de tribu effraim fm gusiel mū: fm hō comestorem de tribu bēsamīn: scdōs iude post iosue in israel iudicauit. Mortuo enī othoniele eglon rex moab adfunctis sibi filijs amon et amalech: trāsīēs

iordanem percussit filios israel: et posuit idola sua in galgalis: vbi solebat esse tabernaculū: fecitq; sibi domū in vrbe palmarum. i. hierico: et seruerunt ei filij israel. xvij. annis: et clamauerunt ad dominū: qui suscitauit eis hatoth: qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Miserūq; filij israel munera eglon regi per manū hatoth qui fecit sibi gladiū ancipitē longitudinis palme vnus manus: et accinctus est eo in femore

subter chlamydem. Erat autē eglon crassus nimis. Cūq; obtulisset ei munera: discessisset ab eo cum socijs: reuersus iterum solus ait ad regem q; verbum haberet ei secreto explicandū. Egressisq; omnibus qui cum rege erant extendit hatoth manū sinistram: et tulit sicā de dextero femore: et infixit in ventrem eius: nec eduxit eam: sed dimisit in corpore. Lausiq; ostijs posticū egressus fugit. Serus hō regis post iōgam morā intrantes inuenerūt regē mortuum facentem. Venitq; hatoth in sarath: et insonuit buccina in monte effraim: et cōgregatus israel descenderunt cum eo ad iordanem: et volentes transire: moabitas percusserunt ex eis decem milia: et humilitat' est moab sub manu israel. Et quieuit terra. lxx. annis quibus hatoth iudicauit: qui et in pace mortuus est senex: et post hec de philisteis volentibus intrare israel: quidam sangar occidit ex eis sexcētos vomere vno: nec tamen inter iudices computatur: quia eodem anno vitam finit.

De sancta Delbora propheta. Cap. vi.



**D**elbora prophetissa de tribu effraim: et vir ei; barath siue laphtoth de nepralīs tertij post iosue in israel iudicauerunt. Cum enim post mores hatoth filij israel fecissent malum in conspectu domini: tradidit eos dominus in manus sabin regis chanaam: qui regnabat i aser: et habuit quēdam fisaram ducem exercitus sui: Ipse autem habitabat in aseroth gentium: qui oppressit filios israel per annos viginti: et clamauerunt ad dominū. Erat autē delbora prophetissa: que habitabat in monte effraim sub palma: et ascendebant ad eā filij israel ad querendum iudicium. Que virum suum aduocans ex precepto domini dixit ei: vt duceret exercitum in monte thabor contra fisaram ducem exercitus sabin. Qui assumptis pugatorib; decem milia de nepralin et sabulon cum ipsa delbora iuit in montem thabor. Fisara hō exercitum congregauit ad torrētem elson trecentum militum armatorum. Descendentq; barath de monte cum suis stante delbora in mōte ad orationem: perterruit dominus multitudinem fisare vento: grandine: niue: et pluuia: que cadebat in facies eorum: ita vt arcus et fundibule inutilis fierēt: et plurimi de equis et curribus percussis conterebantur. Sicq; conuerso in fugam exercitu fisare: ipse de curru exstans fugit ad domum cusudam mulieris nomine iahel: que habitabat in valle senam supra cedēs: que fugientem rogātemq; vt ipsum celaret suscepit:

De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. cccxi.

et petenti poculum dedit lac: ut grauius obdormiret. Dormienti hō clauum percussit malleo per vtrūq; tempus inmisit: et in terram confixit: et barach post paululum venientē ostendit. Barach hō exercitum ducens vsq; ad absozum sibi regem iabin interfecit: et ciuitatem euerit. Et sic quiescit terra hebreorum per annos quadraginta: quibus iudicauerunt delibozā cum viro suo barach: qui et in pace sepultus quiescit in terra effraim.

De sancto Bedeone iudice.

Cap. vii.



**Gedeon**

Iudex filius ioas de tribu manasse: quartus post iosue filios israel iudicauit. Cum em̄ israel in conspectu domini deliquisset: tradidit eos deus in manu madian septē annis. Eūq; claus-

massent ad dominum. Venit angelus domini: et sedit super quercus: que erat in effra. Hger autem pertinebat ad ioas patrem gedeonis. Bedeone autem timens aduentum hostium: excutiebat frumenta in torculari: ut haberet viaticus ad fugam. Quem angelus salutauit: ipse et ex parte dei misit: ut percuteret madia. Eūq; gedeon hedum corissit: posuit carnes et azymos panes coram angelo: qui tetigit ea summitate virge quam tenebat: et ascendens ignis de petra omnia cōsumpsit: et angelus euauit. Timensq; valde gedeon dominus apparuit nocte mandans ut aran baal. quam pater suus exererat destrueret: et lucum qui erat circa eam succideret: et domino deo taurum septem annorum immolaret. Bedeone hō timens patrem et ciues nocte omnia compleuit cum. et ex seruis suis: inde dicitur est hieroboal quasi fortitudo baal: quod fortis cōtra eū fuit. Eūq; gedeon cōgregasset de tribus manasse afer zabulon et nephtalim. xxxij. milia virorū: perijt a dño signum victorie in vellere in area posito: si nocte illavelus cōplueretur: area sicca remanente: et factū est ita. Sequenti nocte petijt signū in contrariū: ut area rozaretur: et vellus siccum esset: quod factum est. Venit autē gedeon cum suis ad fontē anad: et de mandato dei omnes formidolosos licentiauit: et reuersi sunt de populo. xxxij. milia et tantū decē milia remanserunt. Adhuc gedeon mandato dei populū duxit ad aquas: et omnes labēres aquā lingua et manu sicut canes assumpsit tanq; magnanimos: reliquos aquam ore sumentes ut delictosos dimisit: et inuenti sunt cū gedeone tantum. ccc. viri: in quibus dominus pcedit se traditurū madian in manu gedeonis ne forte multitudo sibi supare victoriam ascriberet. quibus assumptis et cibariis pro numero

et totidem tubis gedeon ad certamen properauit. Eadem nocte gedeon cum solo puero descendens ad castra madia: audiuit duos vigilantes secū loquētes: vniq; narrantē quod vidisset somnium: panē vitz hordeaceū in castra madian descendēt ea subuertēt. Aliū hō ipm somnium interpretantē: quod panis hordei esset gladius gedeonis: qui vltis inter filios israel reputabatur: in cuius manu deus castra madia tradidisset. His auditis gedeon animosior effectus tulit trecentos viros: et in dextris eorū posuit tubas: et in sinistris lagenas vacuas: et in medio lagenarum lapides: et ingressi per gyrum in tres presidiū circa hostiū castra invigilia noctis medie fregerunt hydras et lapides in sinistris tenētes clangebat tubis: quibus oibus sonitus terribilis audiebatur. Quo subito excitati hostes et turbati: nec se cognoscentes inuicē mutuis vulneribus se cedebant: alii in fugā cōuersi vsq; berith. Viri autē qui ex. x. milibus remanserāt: eos persequēbatur. Effraim quoq; descendit in occursum fugientium: et occupauit iordanē et occidit duos reges madian ozeb in petra quadā: et zeb in torculari: et portauit effraim capta regum ad gedeon. Transiitq; gedeon iordanē cū xxx. viris. zebec autem et salmana in valle quiescebant: nihil aduersum suspicantes. xv. tantū de suo exercitu cecis. Bedeone autē repete struit super eos: et turbato exercitu eorū duos reges cōprehensos occidit. Et reuersus est cū victoria magna. Et cū plus eū vellent dñm cōstituerenoluit gedeon: sed soli deo gratiā attribuēs dñm super israel dñaturū esse dixit. Ipse autē per. xl. annos populū iudicauit: quibus terra quiescit. Et dormiuit gedeon in senectute bona kalen. septēbris. Et sepultus est in sepulchro patris sui in effra. Post cuius mortē abimelech eius filius spurius occidit. lxx. filios legitimos gedeonis: et dolo atq; tyrannide occupauit regnū isrl. Solusq; ex oibus iudicib; se regē nominari fecit: quod et pugnās aduersus urbē sichē oppressus a muliere quod fragmē mole de muro proiecit: pessima interijt morte. Ideo et nomē eius de catalogo iudicū sanctorū deletum est: propter fratricidiū et tyrannidis crimen.

De sancto Thola iudice.

Cap. viii.



**Thola iudex filius**

ppua de tribu isachar: quintus post iosue filios israel iudicauit annis. xxxij. Qui licet nihil notabile fecisse legatur: inter sanctos tamen iudices cōnumeratur: in cuius tempore populum hebreorum pace fructum esse credendum est: eo quod scriptura nullius belli mentionem facit. Et fuit mansio thola in oppido sani vbi et quiescens in pace sepultus est.

De sancto Zahir iudice.

Cap. ix.

L iij